


JO. GOTTLIEB.
HEINECCII JC.
ET ANTECESSORIS
ELEMENTA JURIS CIVILIS
secundum ordinem
INSTITUTIONUM,
Commoda Auditoribus methodo
adornata.

CVM ANIMADVERSIONIBVS
JO. GEORG. ESTOR J. U. L. PP.
& Historiographi Hasso-Darmstadini.



VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BALEONIANA.
MDCCXXXVII.

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.



P R A E F A T I O.



LEMENTA hæc JURIS, quæ ,
adornata in usum auditorum ,
scriniis meis excidere passus sum ,
eatibi lege exhibeo, CANDIDE
LECTOR, ne illico poscas tabellam , ne-
que me prius , quam cauſam dixerim ,
præcipiti suffragio condemnes . Quamvis
enim in tanto libellorum hujus generis pro-
ventu nihil tibi opus esse videatur lucubra-
tione mea , & ipſe ego ſatis intelligam ,
non tantum mihi eſſe vel auditoratis , veſ
doctrinæ , ut me tot celeberrimorum vi-
rorum diligentiam imitaturum , nedum ali-
quid rectius & præſtabilius traditurum ,
confidam ; tamen , ſi instituti mei rationes ,
ſi genus ſcribendi , & ipſum , quo ſingula
tradidi , ordinem paullo accurratius expen-
deris , conſtabit mihi , ut opinor , otii ra-
tio , & de judicio æquitateque tua ſpem
paullo meliorem concipere licebit . Quare
ut , quæ tardem illa ſint , in quibus & ali-
quam operam poſuiffe me dico , dum libel-
lum hunc concinnavi , & multam ponen-
dam eſſe omnibus , qui adorandis juris-
prudentiæ præceptis animum adjiciunt , pu-
to , intelligas ; exponam ea , ut potero ,
breviter , tibique facultatem faciam , ex
iis de inſumta huic opuſculo opera ejusque
fructu judicandi .

Primum , ut instituti rationem perſpicias , *De metho-*
de analyti-
liceat mihi pace tua rem paullo altius ordiri



ELEMENTA JURIS secundum ordinem INSTITUTIONUM.

P R O O E M I U M .

§. I. Iuris antequam
qui moles.
Quum jus Romanum (^a) intantam molem paullatim excrevisset, ut jam Livius li. 3. cap. 34. illud *immensum aliarum super alias acervatarum legum cumulum*; Eunapius vero in vita *Aries.* p. 92. *ἄριστος καπιτάνιος τοῦ πολλῶν, multorum cunctorum onus, adpellare non dubitent; omnino e republica vi-*

A debet

(^a) Qui iura Quiritium discere gestic, is sciat, necesse est, corundem mores ac reipublicæ statum. Huc vero adprime faciunt, quæ aliqui *Charl. de St. Denis de St. Evremond dans ses œuvres mêmes,* & René d'Aubert de Vertot in libro *perutili : l'histoire des révolutions arrivées dans le gouvernement de la république Romaine;* Tillemontius item tradiderunt. Romani profecto uti terrarum imperium tenuerent; ita singulari providentia nacti videntur par imperio ingenium, ut leges ferrent, e quibus ju-